

SCRIPTA

Numéro Scripta : 851

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Saint-Ouen-le-Pin, Notre-Dame du Val-Richer (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1150, décembre

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues, archevêque de Rouen, notifie et confirme la convention faite en sa présence, à Bayeux, entre Philippe de Harcourt, évêque de cette ville, et les moines de Citeaux qui, précédemment établis au monastère des Vaux de Souleuvre désormais trop pauvre et trop étroit, l'abandonnent à l'évêque et fondent l'abbaye du Val-Richer dans la banlieue de Cambremer, du consentement de saint Bernard, abbé de Clairvaux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Baiocensis, n° XV, col. 81-82.
- b. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° LIX, t. 1, p. 77-78.
- c. Arnoux Mathieu, Maneuvrier Christophe, *Deux abbayes de Basse-Normandie*, Notre-Dame du Val et le Val-Richer (XIIe - XIIIe siècles), Flers, Le Pays Bas-Normand (Le Pays Bas-Normand ; 237-238, 1-2), 2001, n° 37, p. 79-80.

Dissertation critique

Datation proposée par V. Bourrienne.

Texte établi d'après b

Hugo, Dei gratia Rhotomagensis archiepiscopus, karissimis filiis suis episcopis, et universis ecclesiasticis personis per Normanniam constitutis, salutem et gratiam in Domino. Provide consuevit auctoritas sanctorum Patrum litteris assignare quod ad noticiam posteriorum firma desiderat stabilitate inconcussum conservari, ne quandoque valeat, quod rationabiliter actum est, aliqua dissidentium machinatione permutari. Conventionem itaque illam, quæ in nostra præsentia, Baiocis, facta est inter filium nostrum Philippum, Baiocensem episcopum, et monochos (sic) Clarævallis, Thomam videlicet abbatem, et fratres ejus, de loco qui Solobria nuncupatur, in quo tunc erat abbatia eorum, scripto decrevimus congrue annotare, nostrique sigilli impressione roborare. Quoniam igitur locus ille erat perexiguus, nec satis, prout oporteret, abbatiaæ constituendæ oportunus, terra vero adjacens infructuosa, nec laboribus eorum sufficenter respondebat, communicato cum eodem Philippo, Baiocensi episcopo, consilio, ejus

donatione et concessionē transtulerunt abbatiam suam ad locum qui vocatur Vallis Richeri, qui et de feodo ecclesiæ Baiocensis et parrochia erat ; præfatum vero Solobriæ locum, cum ædificiis et terris, in manu nostra resignaverunt, ut in dominium Baiocensis episcopi, sicut ante fuerat, rediret, venerabili patre nostro Bernardo, Clarævallis abbate, cui præfatus episcopus sæpedictum locum concederat, id concedente, et carta sigilli sui munimine roborata confirmante. Philippus vero, Baiocensis episcopus, supradicto Thomæ abbatii et fratribus suis, pro ædificiis et laboribus eorum, dedit sexaginta libras Andegavensis monetæ, et decem modios annonæ, scilicet, quadraginta sextarios frumenti, et quadraginta sextarios ordei, et quadraginta sextarios pisorum. Cartas vero et munimenta, quæ de concessionē et confirmationē prædicti loci Solobriæ habuerant, præfato episcopo Baiocensi reddiderunt. Facta sunt ista, Baiocis, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo, mense decembri.